


CATALOGUS SELECTISSIMAE BIBLIOTHECAE NICOLAI ROSSII

CUI PRAEMISSUM EST COMMENTARIOLUM DE EJUS VITA.





ROMAE

IN TYPOGRAPHIO PALEARINIANO

MDCCLXXXVI.

Praesidum Permissu.

DE VITA
NICOLAI ROSSII
COMMENTARIOLUM

FLorentiae, quae mater, et altrix fuit omni aetate magnorum virorum litteris, ſcientiis, artibus, ceteriſque virtutibus illuſtrium, ortum habuit Nicolaus Roſſius pridie idus junias anno a Chriſto nato MDCCXI. Patrem habuit Auguſtinum Roſſium probum, honeſtumque civem, matrem vero Johannam Peſciam lectiſſimam feminam. Patriae dignitas, ac celebritas, tum utriuſque gentis, a qua ipſe prognatus, vetus, et a ſaeculo XV. cognita, et probata ingenuitas in cauſſa fuerunt, cur ipſe morum, ac litterarum inſtitutionem libero adoleſcente dignam nactus fuerit. Franciſci fratris majoris natu acceſſit exemplum, qui, juventute per omnem honeſtarum artium cultum tranſacta, liberales fere omnes diſciplinas juriſprudentiae, quam dum vixit ſplendide, et inculpate profeſſus eſt, multa cum laude conjunxit (1). Quo quidem exemplo ipſius ingenii alacritas fortius excitari viſa eſt, eoque evaſit, ut domeſticae an-

(1) Natus eſt Franciscus frater anno MDCCIX.; obiit vero IV. kal. octobr. an. MDCCLXXVII. annum agens ſexageſimum octavum. Prodierunt Florentiae ex typographia Bonducciana an. MDCCLXXXI. ejuſdem *Monumenta poſtuma Latina, et Italica* in 8. pag. 184., editore Clemente Pacio ſororis filio, et Juris Conſulto Florentino, qui praefationem adjecit, et nonnulla de avunculi ſui vita, et ſcriptis ibidem erudite inſeruit.

angustiae impedimenta ipsa quodammodo supergressus, majora diligentiae, ac industriae dederit specimina. Quare Clericis regularibus scholarum piarum in humanioribus litteris imbuendus traditus est, in quibus adeo profecit, ut institutores brevi de ejus disciplina et sibi plauderent, et gloriarentur. Has vero dein copulatas voluit philosophicarum, et mathematicarum facultatum studiis, qui nempe probe intelligeret humanioribus litteris excoli, et expoliri juniorum animos, scientiis vero augeri, et roborari. Hujusmodi studiorum praesidio fretus aditum sibi fecit ad consuetudinem Johannis Bottarii, viri omni eruditionis genere excultissimi, tunc Florentiae degentis, Antonii Mariae Salvinii in Graecis litteris praestantissimi, & Josephi Averanii J. C. Florentini, et dein in Pisano Athenaeo antecessoris longe clarissimi, quorum familiaritate, et hortationibus usus litteras Latinas Graecis, et Hebraicis potissimum conjunxit, tum uberiori eruditionum copia animum suum ditavit.

Dein annum XX. aetatis suae agens, et idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, et aliquam parandi litterariam fortunam, Romam se contulit, quae jamdiu omnium mater, et nutrix esse consuevit, et in qua cuilibet ingenii sui vires experiri, et ad varios tum officiorum, tum dignitatum gradus viam sternere facile licet. Cum vero heic se ipsum apud omnes commendaret et oris dignitate, et modestia morum, et sermonis elegantia, et disciplinarum peritia, facile sibi amicos concilia-

ciliavit summos viros, quorum ope, et studiis locandae operae suae celerem occasionem paravit. Quare primum inter familiares Card. Alexandri Falconerii acceptus, et a secretis factus, ita operam probavit suam, ut ejusdem amorem assecutus sacerdotio, quo commodius aleretur, in ipsius obitu honestari meruerit. Parta vero semel idoneitatis, et probitatis existimatione, nil facilius quam se se denuo exercendi apud alios, qui alieno famulatu ac praesidio indigent, occasionem nancisci. Hinc apprime notus nobilissimae Corsiniae gentis proceribus, quorum splendidae aedes semper litteratorum virorum domicilium exstiterunt, inter ejus necessarios accitus est, ut secretarii loco esset. Neque Philippo, et Bartholomaeo Ducibus Corsiniis, quorum unus pater, filius alter fuit, conscribendarum epistolarum munere solummodo praesto fuit, verum etiam operam impendit suam in cognoscendis supplicibus libellis, actis, et quaestionibus, quae pertinerent ad Lunensis provinciae populos feudali jure eidem genti subjectos. Quare multiplici hac officii exercitatione ostendit se haud segniter inaniterque habuisse apud Alexandrum Falconerium, dum ipse Praetor urbis esset, qui nimirum civilis, et criminalis jurisprudentiae rationes illo potissimum tempore haud neglexerit; quod sane est hominis ex quacumque opportunitate in rem suam commoda derivantis sapiens, providumque consilium. Neque solum opera sua Corsiniae gentis Ducibus, quos diximus, sedulo adstitit, sed etiam Matronis, et Purpuratis Viris Nereo et An-

dreae non defuit, quibus etiam se apprime carum, ac probatum praestitit. Quapropter horum omnium conspirantibus studiis factum est, ut sacerdotio juris nobilissimae gentis Altovitiae de Avila, quod exstat ad Divae Mariae in fonte olei transtiberim, potiretur, cujus oneribus ut satisfaceret, singulis diebus eo se contulit, donec per valetudinem, et vires licuit, sacrum facturus; quod est et diligentiae, et pietatis suae luculentissimum testimonium.

Haec sunt, quae ipse singulas officii sui partes expleturus peragebat. Sed ne ulla temporis momenta, quae ipsi ab injunctis muneribus superessent, vacua operibus suis esse pateretur, nulla inaniter, aut otiose traduxit, quin potius omnia ad studia contulit, quae quidem unice in deliciis habebat. Commode aderant, tamquam Corsiniorum procerum contubernales viri summi, et litteris illustres Johannes Bottarius, et Petrus Franciscus Fogginius, quorum consuetudine ita ad studia litterarum accendebatur, ut fere cum ipsis amica quadam concertatione de gloria, et laude, quae litteris conjungitur, contendere videretur. Quare eo animum potissimum intendit, ut quidquid victus sui necessitatibus supererat, in comparandis libris optimae notae unice impenderet, quos quidem tam anxie conquisivit, et auspicato collegit, ut privati hominis vires brevi omnium judicio, et admiratione superaverit. Praesertim vero hujusmodi, qui in eo erat, ardor ferebatur in libros veterum scriptorum, quos Graecia, et Latium in sinu

suo

ſuo felicioribus aetatibus aluit, quoſque etiam tulit Italia poſt renatas litteras barbarie depulſa. Neque his contentus dumtaxat fuit, qui dein etiam digna accurato aucupio ſuo cenſuit volumina illa, quae primis ſaeculi XV. typis edita habentur; quaeque tanto delectu, et copia comparavit, ut ceterorum collectiones longe poſt ſe reliquerit. Sane hujuſmodi volumina multo in pretio habenda eſſe vir navus intelligebat, ut pote quae, ſi veterum auctorum opera contineant, ipſam vetuſtorum mss. codicum, ex quibus eruta fuerant, fidem praeſeferant, ſingula vero facile oſtendant prima ipſa artis typographicae incunabula, quibus illuſtrandis hac aetate plures philologi, ac bibliographi libenter ſe ſe addixerunt, uti jam iis, qui hujuſmodi lautitiis tenentur, probe innotuit. Quod quam vere a nobis dicatur, facile conſtabit ex indice, quem tam amplae, ſelectaequae librorum ſupellectilis contexuit Petrus Palearinius Marci filius, qui etiam ſuis typis, ſuaque impenſa, ut ſe eidem, quem et multum diligebat, et cui multis nominibus obſtringebatur, gratum pro viribus etiam poſt fata praeberet, ipſum excudendum ſuſcepit (1). Qui in hunc indicem ordinis, et recenſionis diligentia ſpectabilem oculos intenderit, facile cognoſcet, quantae tum acceſſiones, tum emendationes typographicis

(1) Ut quanti pretii ſint plerique libri rariores Roſſii noſtri, luculentius conſtaret, et exemplo quinetiam comprobaretur, appoſita ſunt identidem pretia, quibus Pariſiis divenditi ſunt horum nonnulli, qui erant ex bibliotheca Ducis de la Valliere; quod colligere eſt ex tomo III. operis, cui titulus: *Catalogue des livres de la bibliotheque de feu M. le Duc de la Valliere; a Paris chez Guillaume de Bure fils aîné 1783.* in 8., ubi ad calcem index pretii, quo quodlibet volumen aeſtimatum eſt, additus invenitur.

Annalibus Michaelis Maittairei, Orlandii, ceterisque hujusmodi commentariis, et catalogis in lucem editis fieri possent.

Neque in editis voluminibus colligendis ille totus fuit, qui etiam ad codices mss. comparandos curam, et sollicitudinem suam excurrere voluit; quorum recensio commode impressorum librorum catalogo praefixa est. Non igitur mirum si tam insignis ab eo coacta rarissimorum librorum, et mss. codicum vis adeo inclaruerit, ut cives, et advenas in admirationem rapuerit, pluresque post ejus obitum ipsius comparandae desiderio incenderit. Verum (quod ad urbis decus erat summopere optandum) ceteris praestitit generosus Rossii hospes Dux Bartholomaeus Corsinius, qui CCCCXXX. millia LLS., sive tresdecim millia scutatorum Romanorum pendens, suam fecit totam hanc librariam supellectilem, addiditque Corsinianae suae bibliothecae, quae ex beneficio patrui sui Nerei S. R. E. Card. amplissimi publici juris facta, quotidie statis horis studiosis omnibus patet (1).

Neque ad ornatum, aut ad inanem pompam, ut quamplurimi solent, tot libros congerere, pluteos onerare, hisque parietes obducere gaudebat, sed libros anxie conquirebat, ut studia juvaret sua, novisque in dies cognitionibus ditesceret; quod

(1) Ejus descriptionem habes in Diario litterario Florentino anni MDCCLV. pag. 146. et seq., concinnatam a Josepho Quercio bibliothecae olim praefecto.

quod est animi ad sapientiam anhelantis pabulum jucundissimum. Nec sibi dumtaxat comparabat libros, qui illos etiam aliorum usui, et contemplationi subiiceret, et ex eis singula, quae ipsorum interessent, exscribere facile pateretur. Hinc factum est ut Franciscus Xaverius Laireius Sequano-Burgundus familiae Minimorum alumnus (1), et Johannes Baptista Audiffredius Niciensis ex Praedicatorum ordine (2) ob suas litterarias opes ipsis communicatas obstricti in eorum de re typographica Romana saeculi XV. operibus non ita pridem editis ad ipsum saepe provocent; par officium redditurus Eques Agincourtius Gallus, cui primas ligneas, aeneasque incisiones libris appictas inspiciendas, et delineandas concessit, si quando contingat, ut speramus, in lucem ab ipso proferri grande quod parat opus de liberalium artium fortuna, et statu post Romani imperii occasum usque ad novum earumdem ortum, Gothico squallore ex Italia depulso.

His instructus litterariis lautitiis, quibus unice tenebatur, quid mirum, si ipse politiorum Italorum scriptorum operibus castigatius, uberiusque recudendis vacavit? Scilicet eidem acceptam referimus novam operum Johannis Casae editionem, quae Romae ex typographia Palladis prodire incepit exigua, ast eleganti forma, quamque auctam anecdotis epistolis, aliisque prorsa oratione conscri-

(1) *Specimen historicum typographiae Romanae saeculi XV. Romae 1778. in 8.*

(2) *Catalogus historico-criticus Romanarum editionum saeculi XV. etc. Romae ex typographio Paleariniano 1783. in 4.*

ſcriptis lucubrationibus, quae in Ricciae gentis Romanae ſcriniis adſervantur, perfeciſſet, niſi aliunde obices, quibus a propoſito dimoveretur, malo fato acceſſiſſent (1). Praefationes, quae duobus voluminibus inſertae leguntur, facile produnt et quam eleganter ſcriberet, et quanta philologicae eruditionis copia polleret. Aſt longe majus, et elegantiae, et eruditionis ſuae ſpecimen dediſſet, ſi in manus hominum pervaſiſſent ea quae corraſit in Torquati Taſſii Amyntam, celebrem illam, amaeniſſimamque paſtoralem fabulam, quam Muſas ipſas dictaſſe omnium ſemper ſententia fuit, quaeque ex typographia Palladis cum Roſſii noſtri prolegomenis, diſſertationibus, illuſtrationibuſque, cumque emblematibus ab Auguſtino Maſuccio celebri pictore inventis, iiſque aere inciſis proditura erat. Ceterum nunc affulget ſpes fore, ut cura clariſſimi viri Petri Antonii Seraſſii, qui nuper luculentiſſimum Torquati vitae commentarium edidit, conſilium hoc denuo inſtauretur.

Neque alienas dumtaxat lucubrationes ornare (in quo quidem non ſine laude opera ponitur) ipſi curae fuit, ſed multa marte ſuo etiam conſcripſit, praeſertim metro ligata, a quibus edendis, etſi a quibuſdam excitaretur, ſe tamen facile temperavit. Ceterum rogatu Nicolai Palearinii in lucem edi paſſus eſt odem ſuam plaudentem nuptiis initis inter Franciſcum Cajetanium Sermonetae Ducem,

(1) *Delle opere ſcritte in proſa di Monſig. Giovanni della Caſa. Vol. I. che contiene il Galateo, e il Trattato degli Offici 1759. in 12. Vol. II. che contiene le Orazioni, ed altre Proſe. 1763. in 12. Detta opera in 8. in carta grande 2. vol.*

cem, et Mariam Teresiam Corsiniam (1); nec praeter Etruscum hoc epithalamium quidquam aliud ab ipso metrice concinnatum typis prodiisse novimus (2). Multa tamen reliquit in forulis carmina, quae Italico idiomate exaravit, praesertim illius generis, quae nostrates dicunt *capitoli*; tum etiam amavit plurimum illud carminum genus, quod Bernio in deliciis fuit, cujus oratio, ut ait cl. Fabronius (3), *ita pura est, ut etrusce loqui pene solus videatur, sic affluens omni lepore, et sale, ut ei gratiam habeas, quod genus scribendi induxerit prope singulare*. Quare quo imitatu difficilior habita est Bernii festivitas, et elegantia, eo commendatius fuit nostro illius vestigiis pressius institisse, et hujusmodi urbanitatis artem fere in naturam convertisse suam. Neque tandem intentatum reliquit illud genus poetices, quod satyricum dicitur, non vero illud amarulentum, et inclemens, quod hominum famam pessumdit, sed quod vitia vulgi lepide insectatur, aut quod circa ridiculum quibusdam peculiare versatur, quin illorum nomini illata iniuria dici possit.

Quapropter haec omnia talia sunt, ut ipsum facile singulis hominum ordinibus acceptum facerent,

(1) *Per le felicissime nozze di S. E. il Sig. D. Francesco Caetani Duca di Sermoneta, con S. E. la Sig. D. Maria Teresa Corsini Canzone dell' Ab. Niccola Rossi. Roma 1757. nella stamperia di Pallade in 4.*

(2) Exstat quin etiam ipsius epigramma Italicum pag. XXIV. collectionis epithalamicae, cui titulus: *Componimenti poetici per le felicissime nozze di S. E. il Sig. Don Livio Odescalchi Duca di Bracciano con S. E. la Sig. Donna Vittoria Corsini. In Roma 1747. dalla stamperia di Pallade in fol.* Praecedit insuper Rossii epistola nuncupatoria.

(3) *Vitae Italorum doctrina excellentium* vol. IX. *in praefatione ad vitam Nicolai Fortiguerrae, quam auctor inscribit Carolo Deninae pag. 7.*

rent, ut revera fuit acceptissimus. Accedebat ingenii dotibus, ut diximus, quaedam oris dignitas, quae ad animos conciliandos plurimum saepe valere solet, atque ingenuus quidam dicendi lepor, quem etsi asperitati cuidam quandoque conjungeret, nemo tamen refugeret, vel doleret; praesertim cum ad urbana omnia officia libero homine digna se paratum exhiberet, sibique honori duceret non fortunae, sed hominibus esse amicum. Grati animi, et amicitiae sensibus praecipue tangi visus est, quin tamen suis factis vel dictis aulicitatis inesse quidquam siverit. Coluit idcirco semper singulos Corsiniae gentis proceres, et matronas, praesertim Victoriam Corsiniam Odescalchiam Sabbatinae regionis Dominam, quae potissimum ingenio, et eruditionis cultu praestitit. Quod cum et ipsi multum probarent, propterea factum novimus ut Andreas Corsinius Cardinalis amplissimus se in conclavis septa recepturus anno MDCCLXIX. post Clementis XIII. interitum, quem subsecuta est auspicatissima Clementis XIV. ad Pontificiae dignitatis culmen evectio, eumdem sibi comitem facile adsciverit, quem quidem uno tempore familiarem, et consiliarium haberet. Ex amicis vero, quorum consuetudine saepius utebatur, praeter Bottarium, Fogginium, Quercium (quos contubernales potius diceres), coluit Philippum, et Castruccium Bonamicios, Benedictum Stayum, Angelum Fabronium, Petrum Antonium Serassium, Josephum Dionysium Cribellium, Marinum Zampinium, et Philippum Laurentium Dionysium, quorum animi studiorum simi-

similitudine, et litterarum communione jungebantur. Quanta vero intercederet necessitudo inter ipsum, et Equitem Nicolaum Palearinium satis produnt quae superius innuimus, tum binae allegationes juridicae, quibus ille tueri, ac vindicare amicum strenue aggressus est; licet eaedem Cajetani Centomanii nomine insigniantur (1). Quare nil mirum si et hoc vitae ipsius commentariolum, et hunc codicum, librorumque ipsius catalogum, quibus viri optimi, et benemerentissimi memoria posteris quinetiam quamdiutissime commendetur, Paleariniorum typis, et expensis in publicam lucem emitti nunc contingat. Sit hoc mutui honestorum amicorum officii argumentum, quo et juvari publicam rem, et litterarum rationem, quisque libentissime videat.

Sed quoniam ea est humanae naturae conditio, ut sua quemque maneat fati sors, qua ex hac vita ad sempiternam migrare oporteat, idcirco eidem praenunciari hujusmodi transitus visus est anno MDCCLXXX., quo apoplectico morbo perculsus dextri brachii exercitio interdictus est. Id ei grave fuit, quod ipsum ad scribendum nisi ineptum prorsus, male aptum tamen effecerit; quod quam molestum sit homini scribendi usui assueto, quilibet facile intelligat. Cura tamen, et temperantia duce, et minui interim morbi impedimenta, et vitam ipsius produci boni omnes laetabantur. Sed cum ejus cervici carneum quoddam tuberculum mul-

(1) *Allegazioni giuridiche a favore di Niccola Pagliarini contro le pretensioni del fisco* 1761. 4.

multum excrevisset, ob quod sibi immane pondus, veluti Atlanti caelum inniti ajebat, et querebatur, in id consilii venit, ut illud sibi amputandum statuerit. Hoc juxta artis regulas peracto, nescio an humorum ad capitis partes diversione, an alia ex caussa denuo apoplexi detentus est, quae cum solvi nequiverit, religionis subsidiis, prout licebat, munitus viam universae carnis ingressus est a. d. V. nonas majas anni MDCCLXXXV., cum annum ageret LXXIV. Ejus corpus decenti pompa elatum in aede S. Johannis in Mica aurea, vulgo de malva prope portam Septimii conditum est. *Ave anima suavissima: nos te eo ordine, quo natura jusserit, cuncti sequemur.*

DISTRIBUTIO CATALOGI

PARS I.

PARS II.

Editiones Saeculi XV. *Volum. N.* 1300.

PARS III.

Editiones Saeculi XVI. et seqq.

Phi-

CATALOGI
BIBLIOTHECAE
AB. NICOLAI ROSSI

PARS I.

CODICES MANUSCRIPTI.

N. I. *Codex chartaceus Saec. XV. in fol*

LEctura VI. libri Decretalium a. D. 1443. completa per Dom. Benedictum de Benedictis utriusq. jur. Doctorem excellentiss. Parisiis.

II. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XVII. in fol. pagg.* 439.

Virgilii Bucolica, Georgica, & Aeneis, *cum argumentis, et figuris elegantissimis calamo delineatis ex Cod. Vaticano.*

III. *Cod. chartac. nitidus Saec. XV. in fol.*

Lectura egregii viri in orbe famosissimi D. Bartoli de Sassoferrato super prima parte Digesti novi. De operis novi nunciatione. *In fine*: Explicit prima pars lecturae D. Bartoli de Sassoferrato .... completa per Guillelmum de Tongris Leodiensis Dioecesis ad petitionem egregii viri D. Bartholomaei de Aquila tunc temporis Senis studentis a D. 1429. in Rocta centenarii Jurisc.

IV. *Cod. chartac. nitidus Saec. XV. in fol.*

Lectura egregii viri ac in orbe famosissimi D. Angeli de Perusio super Authenticis de heredibus & Falcidia. *Item*: Tractatus de Inventario secundum D. Angelum de Perusio.

V. *Cod. Membranac. Saec. XIV. in fol.*

Dantis Comoedia *cum argumentis Latinis in singulos cantus rubrica exaratis, et figuris litterisque initialibus pictis. Item*: Capitulum editum per D. Boxolum de Egubio ad totius comoediae Dantis intelligentiam. Capitulum editum per D. Petrum filium ipsius Dantis ad declarationem & intelligentiam totius praeteriti operis seu voluminis. *Et* Thesaurus Brunetti Latini, *aliqua saltem parte, cujus duo folia dilacerata.*

VI. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Philocopus Bocatii, *In fine*: Qui compie il quinto, e ultimo libro di Florio e Biancifiore &c.

VII. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Syriani Philoxeni Commentarii in Librum III. XIII. & XIV. Metaphysicor. Aristotelis, Graecè. *Item*: Scholia Asclepii in Metaphysica Aristotelis, Graecè. Syriani Commentarii in Librum III. XIII. & XIV. Metaphysicor. Aristotelis ex interpretatione Hieron. Bagolini *impressi* Venetiis 1558. *Graecus textus numquam typis editus est. Vid. Fabricii Biblioth. Gr. tom. VIII. pag.* 449. *seqq. Asclepii Scholia neque Graecè neque Latinè impressa unquam fuere. Vid. ejusdem Fabric. Bibl. Gr. tom. III. pag.* 148. *Item*: Syriani Tractatus de Providentia, Graecè.

VIII. *Cod. Membranac. Saec. XIV. in fol. folior.* 173.

Tractatus medici varii. *In fine*: Explicit conciliator litum constructus per Petrum Paduanensem Paduae in 1310. Christi anno. Amen.

IX. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XIV. in fol.*

Capitolo degli ordini dello Spedale e Chiese di S. Maria Nuova et di S.Gilio di Firenze. *In fine*: Tutti i detti Capitoli furono ordinati e fatti per lo discreto Religioso Frate Uberto Guidi di Firenze Lettore de' Frati di S. Maria Novella per commessione facta di ciò in lui dal Ven. P. Mess Francescho Veschovo di Firenze per volontà ed a preghiera di concordia del discreto uomo Prete Lorenzo figliuolo Giacobini de Bibiena secondo Spedalingho e Rectore del decto Spedale e Chiese. . . . . . . I detti Capitoli furono lecti et piuvicati et dati al detto Spedalingho per S. Salvi Dini Notaio di Firenze per lo decto Frate Uberto in presenzia del decto Frate Uberto e del detto Vescovo et de detti padroni. L'anno 1329. Indictione terciadecima dì 24. di Febrajo. Et egli allora gli giurò d'osservargli et fargli osservare come in essi si contiene. Deo Gratias. Amen.

X. *Cod. Membranac. nitidus Saec. XIV. in fol.*

Tusculanae Disputationes Ciceronis, *cum litteris initialib. coloribus auroque pictis*.

XI. *Cod. chartac. nitidus Saec. XVII. in fol.*

Heronis Mathematica, Latinè, *cum figuris machinarum delineatis*.

XII. *Cod. chartac. nitidus Saec. XVI. in fol. folior.* 181.

Vita di Ciro Re de'Persi libri sei; *hinc sequitur*: Proemio di Jacopo di Mess. Poggio nella vita di Ciro Re de' Persi al Re Ferrando. *Item*: Proemio di Mess. Poggio Bracciolini Fiorentino nella historia di Xenofonte della vita di Ciro Re de' Persi al Serenissi. Re Alfonso di Raona. Xenofonte scrisse in Greco. Mess. Poggio tradusse in Latino, e Jacopo suo figliuolo la fé Toscana come segue.

XIII. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XIV. in fol.*

Tractatus moralis de virtutib. *Item*: Tractatus de septem Vitiis capitalibus.

XIV. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Acta Synodi Florentinae, Graecè, *elegantissimo charactere conscripta, exceptis postremis septem foliis alio et deformi charactere exaratis*.

XV. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Philocopus Bocatii. *Desinit*: la chui vita nelle mani di tua donna amore conserva. Laus Deo. *charactere elegantissimo*.

XVI. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XVI. in fol.*

Traduzione volgare della Vita di Ciro, fatta da Jacopo Poggio. *Continet eadem, quae Codex XII. praeter Prooemium Jacobi Poggii, quod desideratur*.

XVII. *Cod. Membranac. Saec. XIV. in fol.*

Speculum humanae salvationis, *versibus similiter desinentibus conscriptum, cum plurimis figuris pictis in singulis paginis; primum vero folium desideratur*.

XVIII.

XVIII. *Cod. Membranac. Saec. XIV. in fol.*

Cujus initium deest, et in fine legitur : gratiarum actio honor virtus & fortitudo per infinita Saecula Saeculorum. Amen. Amen.

XIX. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Rabani Mauri opus in honorem S. Crucis. *In fine*: Explicit Deo juvante opus Magnentii Rabani Mauri in honorem S. Crucis conditum scriptum per Fr. Hamericum Pittig. Professum in Monasterio SS. Udalrici & Afrae in Augusta a. D. 1449. *Singula folia variis crucibus notata sunt formis ac litteris adornatis, cum earumdem ex adverso explicatione.*

XX. XXI. *Codices duo chartacei nitidissimi Saec. XVII. in fol.*

Lettere di Monsig. Antonio M. Graziani dal Borgo S. Sepolcro Vesc. d'Amelia scritte nella sua Nunziatura di Venezia negli anni 1596. 97. e 98.

XXII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Poetria Gualfredi cum Commentario ad eandem.

XXIII. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Commentarius in Terentium.

XXIV. *Cod. Membranac. Saec. XI. in fol.*

Quatuor Evangelia Graecè, cum perpetuis Commentariis margini appositis. *Elegantissimo charactere conscripta sunt, cum titulis, litterisque initialibus pictis unicuique Evangeliorum.*

XXV. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XVI. in fol.*

Della nobiltà di Venezia, *cum Stemmatibus, et Genealogiis familiarum usque ad an.* 1524. *charactere elegantissimo.*

XXVI. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Quintiliani Institutiones Oratoriae. *Et* Romani Aquilae Rhetoris Exornationum verborum & sententiarum .... Praecepta, *elegantiss. charactere.*

XXVII. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Laude spirituali. Canti amorosi. Varie orazioni parte latine parte volgari. Guerra di Usuncassano Poemetto. La guerra di Negroponte Poemetto di Jacopo da Prato. Laude dell' Annunziazione di M. Vergine. Leggenda dell' Assunzione di M. Vergine. Preghiera al Sangue prezioso di G. Cristo, Orazione al suo corpo, e Confessione di S. M Maddalena in versi. Confessione di un penitente in versi. Dichiarazione de' dieci Comandamenti di Dio, e de' sette vizj capitali in prosa. Orazione di verso, e Salmi in prosa. Passione di Cristo di Luca Pulci in verso. Canto del Purgatorio in ottava rima. Rappresentazione della Passione Dialoghi in verso, *cujus initium deest*. Altro Dialogo tra Justo Paladino, la Fortuna, e altri Paladini, in ottava rima. Lettera Latina di G. Cristo ad Abgaro. Leggenda di S. Joanne Baptista. Traduzione de' Salmi Penitenziali di Paolo Franc. dell' Ordine di S. Spirito di Roma, in prosa. Laude Spirituali, e inoltre varj segreti di Medicina. Disputazione tra la morte e il peccatore in versi. Elucidario, o sia Dialogo tra maestro e discepolo in prosa. Trattato della natura degli animali *cum figuris pictis, quarum multae abscissae sunt*. Canto sull'Annunziazione di M. Vergine in ottava rima.

XXVIII. *Cod. chartac. in fol.*

Un Priorista Fiorentino dal 1282. fino al 1530.

XXIX. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Poema sulle guerre col Turco, in ottava rima.

XXX. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Leggenda di S. Ludovico. Miracoli di S. Zanobi. Leggenda del B. Messer S. Girolamo. Leggenda di S. Jacopo Apost. Leggenda di S Cristofano. Tempi i quali vieta la Chiesa di non far nozze. Leggenda di S. Buona Verg. e Mart. Narrazione del Purgatorio di S. Patrizio. Trattato de' sette doni dello Spirito Santo &c. Leggenda della coscienza di S. Bernardo. Meditazioni di S. Bernardo. Pistole di S. Bernardo al padre, e alla madre di un Novizio parendo loro averlosi perduto. Trattati della miseria dell' uomo. Gradi della carità di S. Bernardo, *cujus finis deest*. Della narrazione del Purgatorio, *quae alia est ab ea Buccii Valori in opere inscripto: Storie de' Santi Padri*.

XXXI. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Il Priorista della Republica Fiorentina dall' an. 1262. fino al 1535.

XXXII. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

La Traduzione dell' Epistole di Seneca a Lucilio. *In fine*: Deo gratias. Amen. scritto l'an. 1323.

XXXIII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Commentarius in Terentii Comoedias.

XXXIV. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Libro della Fisica, che il Maestro Aldobrandino da Siena compuose in lingua Francescha della Santà del corpo traslatato in volgare negli an. D. 1310. per S. Zucchero Bencivenni. *Item*: D'una nobile iscienzia, la quale s'appella Finosomia.

XXXV. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Romanzo cavalleresco, *cujus initium desideratur: cum multis figuris*.

XXXVI. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Valerii Max. de dictis & factis memorabilib. cum Notis marginalib. et interlinearib. *elegantissimo charactere*.

XXXVII. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Ovidii de arte libri III. *In fine*: 1428. die mensis Junii 2. consummatum est in Vigilia Corpus D.N.J. Chr. Ego Michael filius Gogerminus Dei gratia Amen. *Item*: Ovidii Tristium libri III. *integri, et* quartus *aliqua saltem parte. Et:* Tractatus de Re Grammatica, *elegantiss. charactere*.

XXXVIII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Volgarizzamento de quattro libri dei Dialoghi di S. Gregorio. *In fine*: Finisce il quarto libro ed ultimo del Dialogo composto ed ordinato dal glorioso Papa SS. Gregorio, e fatto e scritto per me S. Ludovico di S. Giovanni di S. Lodovico Bertini a meza Quaresima adi 15. di Marzo 1478. ahore 17. in Giovedì. *charactere elegantissimo*.

XXXXI.

XXXIX. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

I due libri della prima guerra Punica di Leonardo Aretino.

XL. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol. folior.* 235.

Annali della Città di Firenze dalla sua edificazione an. 70. avanti l'avvenimento di N. S. fino all' an. 1536. *imo vero usque ad ann.* 1600.

XLI. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Libro delle famose donne chomposto pel famosiss. Poeta Fiorentino Mess. Gio. Boccaccio. *In fine*: Compiuto adì 24. d'Octobre an. D. 1460. *charactere elegantissimo*.

XLII. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Dicerie di Tullio, di Cesare, di Marco Cato, e d'altre cose nobilissime. Le dicerie di Papa Gregorio IX. Federigo II. e Innocenzo Quinto. *Item*: Quattro libri delle Repubbliche, *charactere elegantiss.*

XLIII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Il libro della verace Storia di Troja. *Haec Historia alia est ab ea Guidonis Judicis*.

XLIV. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Gli ammaestramenti degli antichi composto e volgarizzato per Frate Bartolommeo da Sancto Concordio Pisano dell' Ordine de' Frati Predicatori, *charactere elegantiss.*

XLV. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XIV. in fol.*

Quintiliani Institutionum Oratoriarum libri XI. *tantum, duodecimus enim deest, et ultima membrana XImi abscissa est; character autem elegantissimus*.

XLVI. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Fiorita. *Liber sic inscriptus, qui incipit*: Egregiae nobilitatis & potentiae militi suo D. D. Bosono Novello Eugubitae Civitatis honorabili Civi suus Armanus &c. *Desinit*: quì si fornisce el libro el quale si chiama Fiorita cominciato nel 1324. per Mess. Armanno Judice el quale fò di Bologna & mò Cittadino di Fabriano della Marcha de Anchona. *Et ad calcem Cod.* Anno Chr. 1455. tertia Indictione. Scriptum & exemplatum fuit. SKlyester. *Character est elegantiss.*

XLVII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Il libro per Paulo & Orosio. *In fine*: finito il libro di Paulo & Orosio...... Adì 1. di Novembre 1460.

XLVIII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Extractum totius Bibliae versibus Leoninis. *Item*: Epistolae Senecae ad S. Paulum, et S. Pauli ad Senecam. I Fioretti di S. Francesco: *quod quidem opus usque ad pag.* 140. *typis editum est Florentiae an.* 1718, *inde sequitur*: Vita di Frate Ginepro; *et alia capita, quibus miracula quaedam enarrantur, quorum nulla mentio in praefata editione*. De remediis fortuitorum. De Moribus & Virtutibus.

XLIX. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Il Canzoniere del Petrarca, *elegantissimo charactere*. *Postremum carmen est*: Vergine bella &c.

L.

L. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

M. Tullii Ciceronis Paradoxa, de Amicitia, et de Senectute, *partim Gothico, partim recentiori charactere.*

LI. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Croniche Sanesi incominciando dai primi fondatori di Castelvecchio fino all'an. 1474. *In fine alio charactere legitur:* Questo libro di Cronichi Sinesi fu inviato del 1644. all'Emo Sig. Card. Francesco Barberini dal Sig. Prior Bourdelet Parigino Medico del Princ. di Condè e donato a S. Eminenza in suo nome lo presentò il Cavaliere del Pozo.

LII. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XVII. in fol.*

D'Antonio da Sangallo Comentarj de'fatti civili occorsi nella Città di Firenze dall'an. 1215. al 1539.. *charactere elegantiss.*

LIII. *Cod. chartac. Saec. XVII. in fol.*

Discorso del Priorato della Wrana di Gio. Marnavich Bosnese Canonico di Sibenico. *Item*: Discorso sopra il futuro Conclave, fatto l'an. 1644. nella malattia d'Urbano VIII. e durante la guerra co' Principi Collegati. Allegazione Giuridico - Politica, acciò da Urbano VIII. si accetti per Ambasciadore di D. Gio. IV. Rè di Portugallo il Vescovo di Lamego. Omnium Ordinum Regni Poloniae seria cum Illustriss. Nuncio Apostolico Expostulatio. Risposta alla Scrittura pubblicata contro Monsig. Visconti. Relatione di Roma fatta nel Senato Veneto dall' Ambasciadore Raniero Zeno i 22. Aprile 1623. Conclave seguito dopo la morte d'Innocenzo X. nel quale fù creato Papa Alessandro VII. Relazione del seguito nella Riunione d'Avignone alla Corona di Francia scritta da Monsig. d'Oppede Pro-presidente d'Aix inviata a S. M. Christianiss. Qual fosse la patria della Rossa Sultana moglie di Solimano II. Scrittura fatta dal Sig. Agostino Favoriti.

LIV. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Processi fatti in Firenze dal primo Agosto al 19. del detto Mese 1537. nel Palazzo del Capitano contro i Ribelli del Duca Cosimo.

LV. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Il Teseo Poema del Boccaccio in ottava rima in 12. libri diviso. *In fine*: quivi finisce il libro chiamato il Teseo fatto per lo excie||entiss. Poeta Meser Giovanni Bocacci da Firencie e scritto per me Coreto de Ichagnuoli da Cortona in Padoa nel 1414. adì 10. dagosto il fornì di scrivare in la festa di Santo Lorenzio in la conrata de Santo Pietro &c. *elegantiss. charactere.*

LVI. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

L'Inferno, e il Purgatorio di Dante, col comento perpetuo al margine. *In fine Commentarii in Infernum legitur:* Compiuto nelli anni del N. S. J. Chr. 1460. a dì 6. de Novembre.

LVII. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Comento del Pataffio di Ser Brunetto Latini fatto da Francesco Ridolfi detto nella Crusca il R. fiorito l'an. 1666. *Excriptus est ex autographo Chisiano Cod.* 2030.

LVIII. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Pataffio di Ser Brunetto Latini colle note d'Ant. M. Salvini.

LIX. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Virgilii Bucolica, Georgica, & Aeneis, *charactere elegantiss.*

LX. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Lucani Pharsalia, *elegantiss. charactere.*

LXI. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

La Commedia di Dante con annotazioni continue al margine. *In fine*: La sopradetta, e scripta exposizione chiose ovvero postille furono facte e composte per due excellentissimi Maestri in Theologia e perchè valentissimi philosaphi e perchè Fiorentini e furono facte fare per lo Excellentissimo in Cristo Padre Messer Jo. per laddio grazia Arcivescovo di Milano ne l'anni 1350. nella città di Milano al nome de quali expositori sono di presente extracti istoriati nella Cancelleria del Magnifico oratore Messer Jo. Gio la quale expositione furono copiati e cavati del libro del detto Monsig. Arcivescovo &c. *charactere elegantiss.*

LXII. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Le Storie de' Narbonesi, cioè quattro libri di Storie de' Narbonesi, di cui i trè primi sono di Folieri Medico di Amerigo di Narbona, e il quarto d'Uberto Ducha di Samarino, con due altri libri di continuazione. *Deficiunt tria priora capita primi libri, itemque initium quarti, et codicis finis.*

LXIII. *Cod. chartac. Saec XV. in fol.*

Terentii Comoediae cum perpetuis notis marginalibus. *Ad calcem*: Epitaphium Virgilii & Ovidii versibus elegiacis. *Item*. Claudiani poema de raptu Proserpinae cum variis lectionibus interlinearibus. *In fine*: Ego Baldesar Melius explevi hunc Claudianum 1444. in 1c. die Novembris ora una noctis. Petrus Bergamensis. *elegantiss. charactere. Item*: Virgilii Moretum, *diverso charactere.*

LXIV. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Opusculum de philosophia morali nuncupatum *Florifondium* a Francisco Pezamena de Sarzana Grammaticae Doctore conscriptum partim versu, partim prosa oratione, dicatum Conradino Spinolae Regni Siciliae. *Item*: Francisci Petrarcae poetae laureati Bucolicum Carmen. Claudiani poema de raptu Proserpinae cum notis marginalibus & interlinearibus. Liber Prudentii Aurelii Clementis de Syncomachia (Psychomachia) cum notis marginalib. et interlinearibus. Ovidii Epistola Saphos Poetissae ad Phaonem amasium suum. T. Capurni (Calpurnii) Poetae Siculi Bucolicon Carmen. *Continet undecim Eclogas, quarum primae septem Calpurnii, reliquae quatuor Nemesiani.* P. Virgilii Maronis Culex. *Elegantiss. charactere.*

LXV. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Tractatus de Grammatica, cum notulis marginalibus. *Est Compendium Grammaticae Prisciani. Prima pagina colorib. auroque est picta.*

LXVI. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Anonymi Commentarius in Ciceronis libros de Officiis. *In fine*: 1446. Ind. nona die 11. Octobr.

LXVII. *Cod. Membranac. Saec. XV. in fol.*

La Recthorica di Tullio nuova traslatata di Grammatica in volgare per Frate

Gui-

Guidotto da Bologna. *Item:* El libro de fiori de filosofi et di molti altri savi. *Character est elegantissimus, prima pagina coloribus auroque picta, et litterae initiales auro adornatae.*

LXVIII. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Publiche del Libro di Fisicha chomposto per lo maestro Aldobrandino in Lingua Francescha dela Santà del chorpo, et di ciaschuno membro per se, et translatato di lingua Francescha in volghare Fiorentino. *In fine:* Qui finiscie il Libro dela Fisicha .... translatato di Francescho in Fiorentino volghare negli anni Domini nel 1310. e nel Mese di Maggio iscritto, et volghatezzato per S. Zucheto Bencivenni Notajo dela detta Città di Firenze per richesta duno nobile Chavaliere de la detta Città *Item:* Altro Trattato di Medicina, *cujus initium:* Dicie il Filosafo &c. *finis autem:* A volere guarire de challi.

LXIX. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol. in cujus fine legitur:*

Ellibro dellamore et della dilectione di Dio, et del Prossimo, et dellaltre chose et della formula dellonesta vita elquale Albertano da Brescia Judice della Chontrada di Santa Agata chompuose, e scrisse stando egli in pregione dello Imperadore Federigho nella Città di Cremona; nella qual pregione fù messo perchegli stando Chapitano di Ghavardo, et difendendo Ghavardo a utilità del chomune di Brescia sotto gl'anni Domini 1238. del Mese D'agholsto el dì della Festa di Santo Alessandro indictione undecima, quando el decto Imperadore assediò Brescia. *Tractatuum ordo alius est ab eo servato in eodem opere, ab Academico Inferigno typis Juntarum Florentiae edito an.* 1610. *Stilus autem orationis tantum differt, ut judicandum sit non eumdem esse operis interpretem.*

LXX. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Diogenis Laertii Vitae Philosophorum, ex interpretatione Latina Ambrosii Camaldulensis.

LXXI. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Liber Saturnaliorum Macrobii de diversis moribus et consuetudinibus antiquorum et dicitur Philosophorum, cum nonnullis notis marginalibus, *elegantiss. charactere. Prima pagina coloribus auroque picta est, continetque stemma familiae Albiziorum; et litterae initiales similiter adornatae sunt.*

LXXII. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Auli Gelii viri clarissimi Noctium Atticarum libri XX. cum notulis in margine, *charactere elegantissimo. Prima pagina coloribus auroque picta, et stemmate familiae Albiziorum adornata est, litteraeque initiales similiter pictae.*

LXXIII. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Sonetti d'Alfonso de Pazzi contro M. Benedetto Varchi. Due Sonetti di Maestro Orlandi detto lo Zoppo Legnajolo. Poesie inedite di Lorenzo de Medici tratte da un MS. di A. Zeno. Due lettere di Monsig Gio. della Casa a Mess. Francesco Molza, e sette Sonetti del Bonfadio, tratti da un antico MS. Il Marito giocatore, e la Moglie bacchettona, Intermezzo per musica. Il Calascione a trè corde, Corde tre in quartine. Pasquino Zelante in terzina. Il Crivello in due parti, e appendice al Crivello in terzine. Sonetto in fine. Dialogo tra Pasquino e Marforio in quartine. Memoriale al Conclave in sestine. Il capo de Trasteverini in Conclave, in terzine. Si prega dal S. Div. Spir. l'elezione d'un ottimo Pontefice, sestine del Canonico Paolo Antonio Nicolai del-

della Cattedrale di Corneto. Due Sonetti sul Conclave: Sermone primo al Conclave, in terzine. Canzona intitolata *Toscana* per la morte di Gio. Gastone. La Bocca della verità, quartine. Canzone.

LXXIV. *Cod. chartac. Saec. XIV. in fol.*

Persii Satyrae, cum notis marginalib. et interlinearib. *charactere Gothico elegantissimo*.

LXXV. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Ammonizione che Messere Santo Girolamo fece a Santa Paula devotissima. *Item*: Utile Dottrina del modo, che si deve tenere a volersi l'uomo confessare, e prima delle cagioni che hanno ad inducere l'anima alla Confessione. I primi sette libri della Storia di Troja di Guido Giudice delle Colonne di Messina copiati diligentemente da un ottimo testo a penna, che fu di Francesco Redi.

LXXVI. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Ovidii Amorum libri cum Elegia de pulice. *Item*: Commentarius in Sallustium de bello Catiliniario, et initium de Bello Jugurthino. Tractatus de Grammatica, *in cujus fine legitur*: die 15 Januarii 1447. Tractatus alius de Grammatica, cui titulus: Doctrinale versib. conscriptum, cum Commentariis. *In fine*:

Et ne nomen ignoretur
Qui sit si publicetur
Bonoldus nuncupatur
Qui dotoratus est addatur. | De Martinengo natus

Alia Praecepta Grammaticalia

LXXVII. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Un Elencho dei Signori di Parte dall' an. 1283. fino al 1428.

LXXVIII. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Secretum F. Petrarcae Florentini Poetae Laureati de contemptu mundi libri tres. Xenocratis Philosophi Platonici liber de morte a Marsilio Ficino translatus, & ad clarum virum Petrum Medicem inscriptus. Jo. Joviani Pontani Dialogi varii. *In fine*: Neapoli 1501.

LXXIX. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

La vita di Gesù Cristo, e della Vergine Maria. *Fragmentum charactere elegantissimo exaratum.*

LXXX. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Juvenalis Satyrae, cum notis marginalib. et interlinearib. *elegantiss. charactere. Prima pagina stemmate familiae Nerlianae adornata est; initiales litterae rubrica exaratae.*

LXXXI. *Cod. Membranac. Saec. XV. in fol.*

Liber Genesis, cum perpetuis Commentariis Augustini, Hieronymi, et aliorum Vett. interpretum; et notis interlinearibus; *elegantiss. charactere.*

LXXXII. *Cod. chartac. Saec. XVII. et XVIII. in fol.*

Relazione dell' Imbasciator Navaggiero in Roma del 1551. Discorso sopra le azioni del Conclave di Felice Gualterotti da Orvieto fatto per confutazione del

del trattato di Gio. Francesco Lottini sul medesimo soggetto. Discorso sopra alcuni Cardinali papabili fatto nel 1651. Discorso Politico intorno all' esaltazione del Cardinal Sacchetti nella Sede vacante d'Innocenzo X. Pronostico di D. Antonio Carnevale sullo stesso Conclave. Conclave nella Sede vacante di Clemente IX. nel quale fu creato Sommo Pontefice il Card. Emilio Altieri. Discorso ovvero Esortazione al Gran Duca di Toscana fatta da un suo Vassallo contro l'ingiustizia dell'armi mosse allo Stato Ecclesiastico nel 1643. Cerimoniale e bisognevole per Sede vacante. Discorso Politico al Serenissimo Gio. d'Austria per conseguire i Regni d'Italia. Risposta del Signor Agostino Pinelli al Manifesto del Sig. Card. Orsini 1657. Lettera del Cardinal Grimani al Papa scritta di Napoli 22. Settembre 1708. e Risposta del Cardinal Carpegna. Lettera dell' Imperador Giuseppe I al Card. Grimani, e Breve del Papa all' Imperadore: tutto del 1708. Biglietto del Duca di Medina Celi all' Arcivescovo di Damasco Nunzio in Spagna sulle medesime vertenze, cioè del Ducato di Parma e Piacenza. Lettre du Cardinal de Bouillon au Roy, du 22. May 1710. Autre du même au Marquis de Corcy, du même jour. Lettera di Luigi XIV. al Papa sulla Costituzione Unigenitus dei 15. Giugno 1714. Lettera di Luigi XIV. a Clemente XI. del 1708. sul Re Giacomo III. Stuardo. Discorso del Re di Francia al Re d'Inghilterra avanti la sua partenza di Francia in Italia.

LXXXIII. *Cod. Membranac. nitidus Saec. XV. in fol.*

Leonardi Aretini Epistolarum familiarium libri IX. *Epistola II. libri VIII.* Magnificis Dominis Senensibus *non reperitur in editione earumdem Epistolarum a Laurentio Mehus procurata. Prima pagina coloribus auroque picta est, exhibetque stemma familiae Albiziorum.*

LXXXIV. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Il libro della Fisica che il Maestro Aldobrandino da Siena compose in lingua Francesca traslatato di Francesco in Fiorentino Volgare da S. Zucchero Bencivenni Notajo Fiorentino l'an. 1310. *Item*: Le virtù del Ramerino.

LXXXV. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol. folior.* 89.

Lettere d'Ippolito d'Este Card. di Ferrara Legato in Francia scritte a Pio PP. IV. e al Sig. Card. Borromeo.

LXXXVI. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XIV. in fol. folior.* 107.

Acta Canonizationis S. Petri Caelestini, cum argumentis et notis marginalibus rubrica exaratis, *charactere elegantiss.*

LXXXVII. *Cod. chartac. Saec. XVII. in fol.*

Fantasie varie del Sig. Vincenzo Gramigna al Sig. Card. Francesco Barberini pubblicate da M. Antonio Foppa.

LXXXVIII. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

Notabili, et Sententie de quattro Doctori, cioè Geronimo, Gregorio, Augustino et Ambruogio: et come qui appresso si dimostra ciascheduno notabile e scripto di rosso in Latino et di nero in Volgare, *charactere elegantissimo.*

LXXXIX. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XVII. in fol.*

Astrologia di Michele Scoto Astrologo di Federico Imperadore: *In fine*: Finisce il libro di Michele Scoto Astrologo del Sig. Federigo Imperadore Romano, e sempre Augusto, il qual libro fece quasi volgarmente a preghiere del

già

già detto Imperatore, e non solamente a sua laude, quanto lave fatto al servigio e laude degli scolari novizj, i quali per grande amore della sapienza desiderano imparar l'arte di lastronomia 1308. nell' Indizione 6. nel giorno 6. di Marzo.

XC. XCI. *Codices duo chartac. nitidiss. Saec. XVI. in fol.*

Commentaria Card. Caietani in secundam secundae D. Thomae a quaest. 1. ad 189. inclusive. *In fine secundi*: Ad Dei Beate Virginis ac Beati Thome gloriam: Rome 26. Februarii anno salutis 1517. etatis autem quatricesimo octavo inchoante. *Character est elegantissimus, prima pagina utriusque cod. coloribus auroque picta, quae exhibet stemma Leonis X.*

XCII. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Varie Lettere, e Istruzioni di Monsig. Dandino per la Corte di Roma.

XCIII. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in fol.*

La Leggenda di S. Caterina da Siena scritta da D. Stefano da Siena Cartusiano, *cum argumentis rubrica exaratis.*

XCIV. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Rime antiche di diversi autori copiate nel 1564. da un libro di mano dell' Abate Mess. Lorenzo Bartolini, e da questo di nuovo trascritte. Meo di Valdelsa per la Tina da Campi di Bartolommeo del Bene, in ottava rima. La Camerata di Ciapino da S. Moro di Giuseppe Brogi, in ottava rima. Cecco contadino alla Tina sua Dama di Jacinto Cicognini, in ottava rima. Varj Componimenti rusticali. Poesie inedite di Mess. Angelo Poliziano, e di Lorenzo de' Medici, le prime tratte da un Codice della Chigiana num. 2333., e le seconde da un MSS. di A. Zeno. Diceria di Santa Nafissa al Sesto Re della virtù di Annibal Caro. Stanze di cultura sopra gli orti delle donne del Tansillo.

XCV. *Cod. chartac. Saec. XVIII. in fol.*

Discorso di Monsig. Claudio Tolomei a Papa Paolo III. se sia bene che si dichiari Imperiale o Francese. *Ex antiquiori codice excriptus est.*

XCVI. *Cod. Membranac. nitidiss. in fol.*

Regulae Hospitalariorum S. Joannis, cum serie Magistrorum usque ad an. 1409. *charactere elegantissimo, cum indice et argumentis rubrica exaratis.*

XCVII. *Cod. Membranac. nitidiss. in fol.*

Ciceronis Rhetoricorum libri IV. *Character est elegantissimus, prima pagina litteraeque initiales coloribus auroque pictae.*

XCVIII. *Cod. Membranac. Saec. XV. in fol.*

Statuta Ordinis S. Petri de Mucrone. Additur Bulla Joannis XXII. Statuta confirmans. *Character elegantissimus: sex priora capita desunt.*

XCIX. *Cod. chartac. Saec. XVI. in fol.*

Rime Italiane del Pigna. *Codex autographus.*

C. *Cod. chartac. Saec. XV. in fol.*

Isidori Toletani liber contra Judaeos. *In fine*: Explicit liber Ysidory Toletani Episcopi contra Judaeos. Amen. 1426.

CI. *Cod. Membranac. Saec. XV. in 4.*

Juvenalis Satyrae, cum notis perpetuis ad marginem.

CII. *Cod. Membranac. in 4.*

Rime del Bembo dedicate al Card. Farnese, *elegantiss. charactere Saec. XVI.* *Item*: Ottave di Gregorio Dati in quattro libri, che trattano di Fisica, e Geografia, *cum figuris pictis. Character est Saec. XV.* Ottave sopra il Giudizio finale, *charactere Saec. XV. in 8.*

CIII. *Cod. Membranac. nitidiss. Saec. XV. in 4.*

Joannis Joviani Pontani ad Alphonsum Calabriae Ducem de Principe liber, *elegantiss. charactere.*

CIV. *Cod. chartac. nitidiss. Saec. XV. in 4.*

